

Domino Monacho Parisiensi Amico meo plur. salutem ad-
scribo, et rogo ut nostri Domini fratris epistolam de mor-
bo isto communi ad Mercurialem scriptam mittat, jubeat
describi, persolvam scribere. De Vallesio quid factum sit, scire
cupio, valere eum et bonis omnibus cumulari valde opto.
amet me sui amantissimum.

9)

Eidem Taddeo Hageio & And. Dudith.

S. P. scripti nuper Witlichium nostrum ex Dania rediisse.
Tychonis observationes predicat, ostendit mihi etiam spe-
cimen hujus Cometae, qui ante ortum ☉ adhuc in orien-
tali caeli plaga conspicitur dicitur, tandem in occidentem longe
proterga; ego eam nondum vidi; Sinitis penè perquisit, si
vera sunt ipsorum per observationes, aetherea non elemen-
taria esse regionis Cairobarvor. Sed si verum est, frustra
Aristotelem propugnamus, ut multa alia Pseudo-Philosophi;
Quod tu in tua nova stella primus, nisi fallor, recte ad-
modum ostendisti. Sed quia admodum paradoxus est, ego
certè in eis fui, qui amplius deliberandum censebam, an re-
lucta Philosophia in tuam sententiam ire deberem. Nunc
si verum est, et hunc et anni 1577. cometam nullam
παράλληλόν σου habuisse; non equidem jam video causam,
quamobrem etiam supra ☽ cometas oriri negem. Quod
quidem contra placita veterum sapientia, sed multa sententia,
in quibus experientia syllogismus ipsorum rejuvat. Deo igitur
mirabilium rerum effectori propotenti gloriam deus,
et quod nescimus, cum admiratione ac stupore ignorare
nos fateamur. Cum gener tuus ad nos redibit, rogo te, ut
ei Antigranindum suum ad me fradas, remittam saltem
idem te rogo de Parisiensi sampensio libro naturalis Philoso-
phiae, si eum habes. Dania conditis mihi non displicet,
sed ita ut ante illuc excurras, et non divulgata et rem-
onem cognoscas. Tuis oculis, tuis auribus, tuo non alieno
judicio utare. Witlichii illuc se rediturum minatur;
Communia, si lubet, consilia tua cum optimo genere tuo,
cui multam

cui multam salutem et Dño Monavio nro. Rogo te ut
inclusas literas Prætoris mittas, et per hanc occasionem duo-
bus verbis illum compellare, ne graveris hominem antiquæ
bonitatis et tui studiosum. Vale feliciter meæ ama et aliquid
de Cometa et alijs ex tua Mathematica officina nobis im-
pertire. Savile salutamy cum Wittichio, de eo quoq, aliquid
à te expecto. Veniat ad nos persuade illi, non pœnitebit
Wittichiana consuetudinis. Wratislavia 8. Febr. 1680.

Eidem Taddeo f. Judith
S. Clariss. et Præstantiss. Vir. Pergrata mihi fuit epistola
tua cum Diagramate. Simulac perlegi, misi puerum ad
Wittichium, ut ad prandium vocaret, accurrit, tum his
observationibus tuis, tum promissis de toto scripto nobis com-
municando, et de adventu Dñi Savile, vicissim nobis
mutuo gratulati sumus. Expectamus autem hæc omnia
avidè. Utinam tibi quoq, commodum esset hæc excurrere,
cum optimo genere tuo, aut ipso Dño Savile. Ego toto
vos pectore complecterer, vestros sermones de rebus istis
sublimibus admirarer, ut rustici plerumque præclararum
artificum picturas, cum nihil præterea adferre possim,
ad hanc totam rem, quam studium non mediocre, et in-
telligendi desiderium. Eram equidem aliquoties, progressus
in his artibus dum meæ Prætoris merum fuit, sed illo abe-
unte: quod meminisse me aliq, questum esse: omnia me
deseruerunt, et Urania indignabunda me deseruit. Id
eò factum puto, quod ab illa contemplatione, rerum celesti-
um, ad hæc terrena me traherent, et publicis istis, molestissi-
mis reipublicæ muneribus, implicari passus fuero. Quibus de-
functis etsi sæpe redire cum illa in gratiam volui, nunquam
tamen id consequi potui. Non sine quod acium desuerit jam
ab aliquo tempore, sed duces et studiosorum Conites frustra
quesivi. sine quo languet animus et frigent omnia. Obse-
cro te explora animum Savile istis, quando tuus et Prætoris
iudicio tam insignis vir est, num patiatur sibi persuaderi
ut mecum vivere, mihiq, operam in his studiis navare
velit honesta mercede. Si eges, si conditionem querit, non